Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift



102

predicant celi mirabilia tua domine
etenim veritate tua in ecclesia sanctorum
Quis enim in nubibus equabitur domino
aut quis similis erit deo in filiis dei
Deus qui glorificatur in consilio
sanctorum magnus et terribilis super
omnes qui in circuitu eius sunt
Domine deus virtutum quis similis
tibi potens es domine et veritas
tua in circuitu tuo Tu dominaris
potestati maris motum autem fluctuum
eius tu mitigas Tu humiliasti sicut vulneratum superbum
in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos Tui sunt
celi et tua est terra orbem terre
et plenitudinem eius tu fundasti
aquilonem et mare tu creasti
Thabor et Hermon in nomine
tuo exultabunt tuum brachium
cum potentia Exaltet manus
tua et exaltetur dextera tua
iustitia et iudicium preparatio sedis